

DE IISDEM

O D E

O Quae nitenti fulgida cyclade
Amaeniores incolis aetheris
Oras, rotatu qua canorum
Abripitur meliore Coelum,
Defende sacris, Musa, recessibus;
Adsit sonanti pectine, dum duplex
Heros latini speldor ostri
Sollicitat taciturna plectra.
En Vaticanae gloria purpurae,
Quam magnus alté CAROLUS emicat,
Discriminatis quam refulget
Sidere mutriplici capillis!
Nec purpurato clarus in ordine,
Decusque divi muricis, et togae
Honor Quirinalis minori
Irradiat FEDERICUS ore.
Hos BORROMAEI volvitur aetheris
Super micantes gloria cardines;
Tantique Coeli sic rotatur
Pro meritis geminatus orbis.
Hi cuncta pulchro limite coutinent
Poli paterni sidera sanguinis,
Cognataque intra hos vere florent
Astra novo superis in arvis.
Iam fabulosas prodiga laudibus
Premat vetustas victa silentio
Alcide sublatas columnas,
Qua Latios secat Aequor Afris.

Naec BORROMAEI germina sanguinis
Non somnias vatibus erigunt
Rectice dextra rite metas,
Vela sacer legit unde Typhis.
Quis plus, Quis vltra nave ligustica
Tentabit, esti viribus inclitus ?
Cernat vetustas iam laboris
Herculei superata monstra
Ne docta priscos Roma superbior
Iactet Catones; haec quoque tempora
Suos Catones BORROMAEA
Progenitos habuere stirpe .
Sic sic magistram cum sapientiam
Optabit orbis Praefulis impigri
Toto rogabit BORROMAEUM
Pectore sidereis ab oris .
Huc ergo solers tramite prpzi
Adsis, Apelles, huc properantior
Quicumque doctus Dedalaea
Effigeis animare dextra.
Sed quid potentes fingere, et omnium
Parente natos posco ? recedite
Factis & Ore en BORROMAEAS
Effigeis renovat GIBERTUS.
Salve ò beatis digne parentibus
Fatalis orbi : transige Nestoris
Felix senectam, & fila mitis
Sero trahat preciosa Clotho.

Alexander Luranus Acad. Anim.